



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Testamentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

TESTAMENTVM. 389
detur in Religione, & illi sint verē
Religiosi: non autem ad milites
Regulares; nisi ad eorum Clericos.
art. 3. & 4.

TESTAMENTVM.

Vide Episcopus, Hæreditas, Nouitius.

Peccat Regularis quicumque,
etiam Canonicus, aut Prælatus,
condens testamentū ante mortem,
vel dans memoriale suæ vltimæ vo-
luntatis circa dispositionem suarum
supellec̄tium cum intentione ob-
ligandi, & testamentum est nul-
lum à iure, ad quod minimè suffra-
gari potest licentia Prælati, quæ
nulla est in hac parte. Excusatur ta-
men qui liberos habuerit ante pro-
fessionem, quibus antè non diuise-
rat portionem legitimam: tūc enim
potest illis eam diuidere, reliquis
manentibus Monasterio. Facultas
tamen est penes summum Pontifi-
cem licentiam faciendi ad testan-
dum absque dispensatione in voto;
cū ad hoc non requiratur proprie-
tas; sed sufficiat administratio. tom.
3.q.69.art.2.

Professus non potest, etiam de
licentia sui Superioris, reuocare,

B b 3 295

IO.
sine li-
medici-
lis te-
ambo
unica-
us se-
fit eo
tamen
at lici-
cipans
m non

IO.
. pro-
titatio-
ci, &
bus, &
icatio-
VIII.
l cōfir-
de iam
ntione,
8.ar.2,
it etiā
m fun-
detur

390 TESTAMENTVM.
aut alterare testamentum ante pro-
fessionem factum : bene autem suam
intentionem declarare.art.3.

Professus in Ordine militari , li-
cet ex vi Regulæ teneatur ad pau-
perratem , & per consequens prohi-
beatur testari , tamen ex antiquo
usu , & consuetudine vivendi con-
traria iam præscripta , hodie omnes
possident , & vount secundùm illam
intentionem : Magister enim Ordi-
nis in hoc dispensauit , vt scilicet
non magis teneantur seruare Re-
gulam , quam seruari consuevit.
Imò Greg. XIII.ad maiorem securi-
tatem hos eis concessit ; sicut &
Clemens VII.art.7.

Hæc tamen testandi facultas ne-
que Malteses , neque alios milites
Regulares , quam Hispaniæ , com-
prehendit.art.7.

Oblatus eo ipso quo se , suaque
Ecclesiæ , aut Monasterio obtulit ,
per illam liberam suam donationem
(etsi non sit Religiosus) testandi iu-
re priuatur.art.8.

Testamentum factum ante pro-
fessionem à nihil cogitante de Re-
ligione , per professionem rumpitur
respe

respectu partium, quæ ad Monasterium erant peruenturæ ; secus est, si tunc cogitabat de Religione, quia tunc valet , etiam non seruata iuris solennitate. art. III.

Nullus Religiosus officiū executoris acceptare , multò minus exequi potest sine expressa licentia Superioris; alias iure irritū esset, quidquid attētaret, cū non habeat velle. Quisquis autem alios ad hoc licentiare potest, id ipsum per se præstandi facultatem habet. q. 70. art. 1.

Per Clementinam , Exiui , &c. interdicitur Fratribus Minoribus , ne executores vñquā instituantur ; non autem ne ipsis per testatorem committatur electio executorum , aut facultas consulendi executores pro distribuendis legatis , ita vt ab ipsis executores confilium petere tenentur. art. 2.

Frater Minor licite exequitur testamentum distribuendum inter Fratres & Sorores sui Ordinis, hærede sponte soluente. art. 2.

Regularis executor testamenti, si solus fit, potest pauperibus erganda suo applicare Monasterio,

392 TERTIARII.

nisi testator aliquid legauerit: sibi autem extra summam necessitatē existenti, communiter non potest, nisi constiterit de voluntate testatoris, aut alios habeat executionis coadiutores. art. 4. & tom. 2. q. 126. art. 8.

Regularis etiam exemptus, aut Prælatus testamentarius potest conueniri ab Episcopo pro reddenda ratione executionis testamenti. Quod intelligendum de Religioso habente exemptionem communem, & conuentionibus ratione contractus, vel delicti subiecti, non autem de iis qui conueniri non possunt, quales sunt omnes Mendicantes. art. 5.

Nulli autem prohibetur testari in testamentis cum licentia Superioris. quest. 71. art. 2.

TERTIARII.

Vide Exemptio.

Tertiarij, quos Sanctus Franciscus instituit, viuentes in dominibus suis, non sunt Religiosi, cum non dederit eis Regulam, sed tantum pium quendam viuendi modum;